excedit in uerbis. et uideri appetit puritas libertatis. ne sic
sit humilis. ut formidolosa. quia aliquando timor restringit
animũ. ut loqui quę recta sunt n̄ p̄sumat. Sed tam̄ in ipsa
timida cogitatione humilitatē ēē simulat. ne sic sit parca.
ut tenax sit. quia plerũq; tenacia parsimoniã se appetit estimari.
ut iuste ac necessarie uideat̄ᵣ tenere. quicqd egenti p̄ximo
misericordiā n̄ uult inpendere. ne sic sit misericors. ut effusa
sit. quia n̄ nũqm̄ effusio ēē se miām putat. Aliud ē enim
pietatis studio necessaria p̄ximis dare. atq; aliud ea quae
possident. sine mercedis intentione disp̄gere. Quicqd agit̄ᵣ.
in radice intentionis pensandũ ē. quo merito apud iudiciũ
creatoris habeat̄ᵣ. Unde eisdem creator dicit. Si oculus
tuus simplex fuerit. totũ corp̄ tuũ lucidũ erit. Oculum
uidelicet intentionē. corp̄ u̇ actionē nominat. Quia si nr̄a
intentio apud dm̄ simplex fuerit. in eī iudicio nr̄a actio tene
brosa n̄ erit. Igit̄ᵣ quia sc̄i uiri sollerter inuigilant. ut se
undiq; aspiciant. ubiq; custodiunt. ne aut mala p̄p̄ria ipsa
appetant. ut hęc eadē sub specie bonę agant. Scilicet ne se
eis uitia uirtutes ēē mentiant̄ᵣ. totũ corp̄ plenũ oculis in cir
cuitu habent. Quia omis eorũ actio. p̄uidentia sollicitudinis
et replet̄ᵣ 7 circũdat̄ᵣ. Hoc ē qd̄ paulus ap̄ls. dũ cuidã penten
ti de p̄petrato facinore. corinthios p̄spicere uoluisse misε
reri. ait. Si cui aliquid donastis. et ego. Nam et ego donaui
p̄p̄t uos in p̄sona xp̄i. ut n̄ circũueniam a satana. n̄ enim
ignoram̄ cogitationes eī. Si enim parcendũ erat. cur se
humilitate tanta uoluntati discipulorũ magister egregius

Quom̄ uicia se uirtutes ēē simulant.
Sup̄bia.
Timor.
Tenacitas.
Effusio.

Eug.

Paul.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0087